

P V I S

1 6 1 8



- I. Conradi Ritteri susū Paraphrasis Psalmi AC nuptiis lic.
 II. Bermanni paraphrasis Palmeri Statuor, 121. 91. 125. 124.
 III. Bermanni paraphrasis Psalmorum 22. 16. 63.
 IV. Bermanni paraphrasis Psalmis 68.
 V. Bermanni Epiphempsion Psalmorum 91. 97.
 VI. Bermanni Psalmi 104. 6. 19. XXIX.
 VII. Poletani Paraphrasis Promethei Tunc cipi fratellino & Alboito Voito dictus.
 VIII. Mundorpis paraphrasis Tunc.
 IX. M. Iacobi Gregorii Tonas.
 X. Zozimus Fabri de Nativitate Christi.
 XI. M. Theodori de Nativitate Christi.
 XII. Wittenbergi Ode de Redencionis Operae.
 XIII. Opitii de Pectenu Christi ad Inferos.
 XIV. Dornarii Heptastimulani Resurracionis.
 XV. Stentorii ubiq impudentissimis.
 XVI. Trautmanni in studio puro Luterano.
 XVII. Praetori Esti Germaniae ad Electores.
 XVIII. Moiti ecclesia ad Christianum Pr. habuit.
 XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Fr. Am.
 XX. Henrici ab Ercen ad Mauriciu.
 XXI. Abrahami Cremoni ad Electore Brand.
 XXII. M. Ameling statulae in Nata len.
 Rudolphi Principis Anhaltin.
 XXIII. Moiti in Nuptiis Rudolphi Pr. Anh.
 XXIV. Bermanni Ecloga Rodolphus.
 XXV. Browni Nuptiis datis Rudolphi Pr.
 XXVI. Wenzel et M. Jenne Nuptiis
 eiusdem.
 XXVII. Parentalia Augusto Electori a
 D. Maiore habita.
- Paraphrasis Psalmi AC nuptiis lic.
 Palmeri Statuor, 121. 91. 125. 124.
 Psalmorum 22. 16. 63.
 Psalmis 68.
 Epiphempsion Psalmorum 91. 97.
 Promethei Tunc.
 Alboito Voito dictus.
 Heptastimulani Resurracionis.
 ubiq impudentissimis.
 puro Luterano.
 ad Electores.
 Christianum Pr. habuit.
 Am.
 ab Ercen ad Mauriciu.
 Electore Brand.
 statulae in Nata len.
 Principis Anhaltin.
 in Nuptiis Rudolphi Pr. Anh.
 Rodolphus.
 datis Rudolphi Pr.
 Wenzel et M. Jenne Nuptiis
 eiusdem.
 Augusto Electori a
 D. Maiore habita.
- Fusselii 2.
 In Magisterii Honore Joh. Cr. XXXII.
 Hermanni in honorem Magister XXXVII.
 zu Oppensir XX juvenum.
 in Magisterium Haberlandi. XXXIX.
 In Magisterium Coppenii XXIX.
 Betzmanni Herdesiani. XL.
 Christiani Lipsiori. XL.
 Abrahami Theopoldi. XLII.
 M. Coppenii Gratianu. XLIII.
 De dignitate Consulari Trescorum. XLIV.
 De dignitate Notariatus Gelani. XLV.
 Apocrorum Politorum signa. XLVI.
 Nuptiis Petri a Zena. XLVII.
 Lipsiori. XLVIII.
 Richardi. XLIX.
 Wolfgangi Hanen. L.

Ec. II

EPIPEMPTICON
PSALMORVM II.

BONIS OMNI^L
BVS AC VOTIS PROSE-
QVENS ILLVSTRISS. AC GE-
nerosiss. Principem ac Dominum, Dn. Bernhardum,
Pr. Anhaldinum, Dn. Seruestæ ac Bernburgi, &c.
ducentem partem copiarum equestrium è Saxonia
superiori, aduersus Christiani nominis ho-
item juratum Mahometum III. Impe-
ratorem Turcarum.

Auctore
GREGORIO BERSMANO
Annæmontano.



SERVESTÆ
Excudebat Bonaventura Faber
ANNO 1596.

И О С Т Я М З В А Т Э

И Н Ч О М А С К А

БОНИСОМИН

БАВАНОГО СИГОУ

БАВАНОГО СИГОУ

БАВАНОГО СИГОУ

БАВАНОГО СИГОУ

БАВАНОГО СИГОУ

БАВАНОГО СИГОУ

БЕРНЭТЭ
БАВАНОГО СИГОУ

PARAPHRASIS PSAL. XCI.

Qui habitat in adjutorio altissimi: &c.

QVI TANQVAM

PÍAMMA EST, SIVE AMVLETVM PI-
etatis religiosæ, aduersus omnia omnis generis pericu-
la ac noxas, factus (vt nonnullis videtur) à Dauide, e-
ducturo copias aduersus hostes impios, vt castren-
sem iccirco psalmum hunc appellare non
sit inconsentaneum.

Exposita versibus iambicis alternis trime-
tris ac dimetris, acatalecticis.



*V*ise, suamq; credidit custodia
Altissimi vitam Dei,
Protectionis hic latébris abditus,
Quod cuncta pollet, numinis,
Fidentis audet ebrius spe pectoris,
Citante pugnam clásmico,
His pacis atq; praliorum präsidem
Adire verbis, Tu mihi,
Tu solus es receptus, ac munitio,
Tutela, spes, fiducia.
Hic namq; structis explicatum casib;,
Venantis eximet dolo.

A 2

Con-

*Contagione pestilentis noxia
Hic liberabit te male.
Qualis receptos plumeo sub tegmine
Gallina pullos contegit,
Sic illius te veritas pennis teget,
Umbonis & munimine.
Custode Ioua, non pauesces, obuios
Qua nocte, spectra, territant:
Non pertimesces, qua volant interdiu,
Crepante tela grandine:
Non, qua per umbras caca grassatur, luem,
Medioue Sole demonem.
Ut ad sinistram mille corruant tuam,
Ut bisq[ue] quina ad dexteram
Vitam, peremta morte, reddant millia,
Te stragis haud tanget furor:
Sed impiorum clade pasces lumina,
Spectator immunis mali.
Hac experimur, quo quot unicam in DEI
Spem collocamus viribus.
Haud dammate, nec ulla pœnarum tuas
Attinget ades ultio.
Nam, cuncta rerum qui per orbem temperat,
Hic angelorum cœtui*

Man-

Mandata, vita de tua custodia
In munericura, dedit.
Illi, salebra netuum ictus saurient
Pedem, cauebunt sedulò,
Te bajulantes, te sua firmamine
Manus tuentes fulcient.
Super leone, tutus his ductoribus,
Gressum feres, & aspide.
Exsors pericli, pede leunculum premes,
Draconis & propaginem.
Me diligentem namq; liberabo, ait
Deus: periclis erutum
Honore tollam, nominis quòd unicè
Hunc gloria afficit mei.
Mea flagitantis rebus aduersis opem,
Auris patebit ad preces.
Angustijsq; subleuatum dextera
Celso reponet in loco.
Æuumq; faxo, viuido cum robore,
Satur dierum compleat,
Felicitatis & salutis particeps,
Beare quapios solet.

A 3 P A R A



PARAPHRASIS PSAL. LXXIX.

Deus venerunt gentes in hæredit. &c.

CONTINENTIS LAMENTATIONEM DE PROFANATIONE
templi, & urbis Hierosolymorum vastatione,
facta ab Antiocho Epiphane, cum imprecatione
pœnatum aduersus impium istum
ac sceleratum profanatorem.

*Exposita versibus dactylicis Alcas-
cis acatalectis.*

Hæreditatem, Sancte Deus, tuam
Inuasit armis barbaries fera:
Ædemq; sancti nominis hospitam
Contage cultus polluit impij.

Mundiq; ocellus, iam Solyme solo
Æquata, vastis molibus obruta,
Sepulta muri ruderibus sui,
Vrbem ruinæ pingit imagine.

Proiecta campis te venerantium
Pascit volucres celiuagas caro,
Cœtusq; lecti rapta cadauera,
Sunt bestiarum fercula dentibus.

Labentis instar moenia fluminis
Agrosq; inundat cœdi fluus cruor,

Nec,

Nec, qui sepulcro condat inobrutos,
Feris relieto iam superest solo.

Heu probra nostris heu sumus accolis,
Et digna festis fabula plausibus,
Iniurioso qui patriæ necem
Nobis acerbant vulnere criminum.

Auctor salutis, vindicis an modum
Speremus iræ, proh dolor, æmulo
Quæ dira zelo, flammivomi vorat
Correpta latè vorticis impetu?

Quin illa sæuis hauriat ignibus
Gentes; tui illam nominis inscia
Fac regna discant, interitu pari:
Fac, non colentes te, furor obruat.

Nanque Israëlis progeniem tui
Sic deuorârunt, ceu pecudem fera:
Sed eſq; cultas nuper Abramidis,
Vastas dederunt fulminea manu.

Ne, quæſo, culpæ ne veteris memor,
Nos dede leto: quia potius tuæ,
Hanc ad redactos pauperiem, illico
Nos anteuerat copia gratiæ.

Succurre nobis, oro, salutifer,
Quod poscit alti gloria nominis,
Da liberatis da veniam, memor
Benignitatis, patribus obuiæ.

Num quis profani vociferans gregis
De plebe iactet, sic Deus Ilaci,

Sie

Sic tardat, iræ instremens arbiter?
Cœtusq; lentus vindicijs sui?

Horum profusi sanguinis vltio
Notescat orbi: clareat omnibus,
Spectante mundo, supplicijs quibus
Multans tuorum funera vindices.

Audi gementes fornice carceris,
Ac præpotentis robore dexteræ,
Quos manciparat sæuities neci,
Leti cruentis eripe faucibus.

Patrata cædis, probraq; nomini
Ingesta sancto, plaustraq; criminum,
Vicinus atrox fenore septuplo,
Plectente culpam te scelerum, luat.

Et nos popellus, parsq; tui gregis,
Quem pascis almi gramine pabuli,
Te prædicantes carmine patrio,
Grati canemus secla per omnia.

F I N I S.

Id 4212. 8°

ULB Halle

002 391 589

3



Sb

D

McC.
VDM

Farbkarte #13

B.I.G.



EPIPEMPTICON
PSALMORVM II.

BONIS OMNI
BVS AC VOTIS PROSE-
QVENS ILLVSTRISS. AC GE-
neroſis. Principem ac Dominum, Dn. Bernhardum,
Pr. Anhaldinum, Dn. Seruestæ ac Bernburgi, &c.
ducentem partem copiarum equestrium è Saxonia
superiori, aduersus Christiani nominis ho-
item juratum Mahometum III, Impe-
ratorem Turcarum.

Auctore

GREGORIO BERSMANO
Annazmontano.



SERVESTÆ
Excudebat Bonaventura Faber
ANNO 1596.

